Lwowska Naukowa Biblioteka im. W. Stefanyka NAN Ukrainy. Oddział Rękopisów.
Zespół (fond) 141.

ZBIÓR ALEKSANDRA CZOŁOWSKIEGO

DZIAŁ (OPYS) I

1743. Rozgraniczenie lasów wsi Ulicz i Dobra 1564.

STRONY NIEZAPISANE NIE ZOSTAŁY ZDIGITALIZOWANE

BIBLJOTEKA OSSOLIŃSKICH
ZBIÓR Dr. A. CZOŁOWSKIEGO
Nr. rękopisu 1743

#

Rozgraniczenie lasów wsi
Ulicz i Dobra
1564

Acta in Castro Sanocensi, Feria Secunda post Festum Sanctorum Trium Regum proxima Anno Domini, Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo, Quarto.

Oblatæ Sunt Literæ Mandati Sacræ Majestatis Regiæ ex Parte Gii Melhioris Walbach Zupanj Terrarum Russiæ Die hodierna Actus Suprascripti Mcum Nicolaum Czyżowski Castellanum Zarnovien Capitaneumque Sanocen Spectan Occasione defensionis Sylvarum ad Villas Sacræ Majestatis Regiæ pertinen Chwrowka et Ulicz per Manus Nobilis Nicolaj Wolicki factoris In Ulicz ad Officium præsens et acta petens Easdem ingrossari ac prædictum Mcum Capitaneum juxta Contenta et Obloquentiam earundem Conservari, Sanæ Salvæ Omni prorsus Vicio Suspicionis Carentes Sigillo debito Suæ Sacræ Majestatis Regiæ Minoris Cancellariæ Obsignatæ Manu propria Ejusdem Sacræ Majestatis Regiæ Subscriptæ quarum

1743

Literarum:

kk

Literarum Mandati Sequitur Tenor De verbo ad verbum estque Talis.

Sigismundus Augustus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ Samogitiæq; ac Dominus et Hæres.

Gso Nicolao Czyzkowski Castellano Zarnoviensi, Capitaneo Sanocensi Fideli Dilecto Gratiam Nostram Regiam Gsi Fideli dilecte Detulit ad Nos Zuparios Noster Russiæ Magnum Damnum Possessoribus Nostris Villarum Horszowka et Hłomiecz ad Salinas Nostras Russiæ pertinentium, Bonorum Item Nostrorum Ultra dictorum Inferri, per quosdam Nobiles Vicinos Qui Sylvas Nostras ad usum Publicum Salis Bidgostiam devehendi destinatas excisis Roboribus extirpant Casq' vastant, ac exaniant, Quin et robora Ipsa Sumptu Nostro ad usum et Necessitatem prædictam excisa jam et parata per vim recipiunt, in ususq' Suos privatos convertunt, quam obrem Mandamus Fidelitati Tuæ Severe præcipientes ut Sylvas Nostras prædictas ab ejusmodi vi quorumcunque Hominum ex Officio Suo tueatur et defendat, neque ulla ratione permittat tantam vastitatem per privatos Homines in Illis Sylvis fieri, quas non nisi publicis Usibus patere debere fidelitas tua intelligit, valde Enim nonmodo iniquum et Rei publicæ damnosum set etiam fidelitas tua indignum Nobisque adio ingratum fuerit Cuique Custodia, et tutella Fidelitatis Tuæ demandata Sunt Custodire et tueri, aut nolle aut non posse;

Quod autem Idem quoque Zuparius ad Nos attulit de liberatam esse quibusdam Nobilibus Servilibus Scaphas

Sce

Sex et Viginti Citra vel ultra Mercatoribus privatis pro
pter commodum suum privatum ex isdem Sylvis Nostris
exedificare, Id quoniam et mori institutoque veteri adver-
setur, et Fiscum Nostrum Magno detrimento afficiat,
Mandamus Fidelitati Tuae Omnino habere Volentes
ut Vocatis ad se praefatis Nobilibus Nostro Nomine edifi-
cationem praedictam inhibeat, neque patiatur ex Sylvis
illis Scaphas ullas cuique Hominum privatorum praeterq
Nobis ad usus Publicos pro Pecunia Nostra extrui ac edi-
ficari sub amissione Scapharum Omnium quae pro pri-
vatis usibus et privatorum commodi gratia exedifica-
te fuerint, quasquidem Scaphas sic edificatas omnes per
Fidelitatem Tuam et Ipsius Officium recepi ac Zuppario
Nostro tradi volumus toties quoties huic Mandato no
stro Contraventum fuerit, Cum enim Sylvae Ipsae Nostrae
Sint, et usus fructus eorum non aliter Nobilibus Ipsis
Concessus sit, volumus ut et Jus Nostrum in Sylvis
illis Nobis integrum maneat, et conditio usus fructus
illorum ne latius quam par est extendatur, quod cum ita
sit Volumus etiam ut praedicti Nobiles Sylvis ejusmo-
di quae dominij Nostri esse dicuntur Subditos Nostros
uti ne prohibeant idque etiam Fidelitas Tua dili-
genter providebit, aliter pro Officio suo et gratia
Nostra Fidelitas Tua non factura. Datt Varsaviae
Die XXII. Decembris Anno Domini MDLXIII. Re-
gni Nostri XXXIIII. Sigismundus Augustus Rex.
Post quarum quidem Literarum praeinserti Oblatio-
nem Mandati, idem praefatus Magnificus Dominus
Capitaneus Sanocensis Satisfaciendo Mandato praesenti
ex Officio

ex Officio Suo et eidem inherendo Vocatis ad se pariter a Rogatis Nobilibus Dobranskie injunxit praecepitque illis serio ut non praesumant Scaphas ad privatum usum et Commodum alienum praeterque Rei publice divendere nec alienare, quod ipsi Dobranscy submiserunt Se facturos si et inquantum illis Zuparius Generalis Totius Russie illis quemadmodum ceteri Negotiatores Scaphas praedictas persolvere vellent Magisque Se lle eo in negotio inservire sue Sacre Majestati Regie, quam aliis ad privatum Negotium, Se Coram eodem Mco Domino Capitaneo obtulerunt, allegando nihilominus ipsum Zuparium eosdem Scaphas antea retentas nondum persolvisse, pro qua non persolutione agunt cum eodem in Judicio Terrestri Sanocensi cum ipsorum non mediocri Damno et incommodo, quam Submissionem praefatorum Dobranskich idem Mcus Dominus Capitaneus Sanocensis Coram se et in praesentia Nobilis Nicolai Wolicki Factoris in Uliz Famuli praedicti Zupparij factam Mihi iteriati Provido Janusz Proborca de Olchowce Terrestri Sanocensi ac Nobilibus Joanni Lagouski et Trojano Zmiiowski Solenniter Protestatus est, qui hic idem Personaliter Stans praemissa Omnia sic et non aliter fieri sua Personali recognitione attestati sunt ubi et praedictum Factorem Uliczensem praefati Zupparij Russie admonuit idem Mcus Dominus Capitaneus ut commune faciat Dominum suum, quo praedictis Dobranskiem Scaphas illorum Laboris pro quibus cum eodem controvertuntur persolvendas curet, et alias similiter Scaphas quas illis ad praesens injunxit et vetuit ad privatum usum divendere

tantum

tantum ad negotium et commoditatem Rei publice ac Commodum Sacre Majestatis Regie etiam persolvi faciat, sine quavis dilatione more negotiationum Scaphas hujusmodi prosale demittendo Ementium.

Quantum vero attinet Sylvas juxta continentiam Mandati Sacre Majestatis Regie preinserti, quo ad defensionem Villarum predictarum Magnificus Dominus Capitaneus Sanocensis eosdem Dobranoslim vigore prefati Mandati Sacre Majestatis Regie Serio mandavit, ut Sylvas proprias Sacre Majestatis Regie ad Villam Ulicz pertinentes destruere et desertare non audeant. Qui quidem allegaverunt se easdem in minimo puncto non desertare et imo Subditos de Villa Ulicz et aliorum vicinorum in hereditatem ipsorum Sylve proprie se temere et ultro ingegere ac intrudere ostenderunt. Deducendo nihilominus Terminos et Granities Hereditatis sue juxta Privilegii Originalibus super primam Locationem ab initio Ville ipsorum Dobra ipsis desuper servien. Que fuerant lecta compertumque est illos latissimas Granities habere usque ad album Lapidem demum et Revisionem Sylve ad Ulicz Spectan. cum certis Revisoribus Specialiter faciendam instituit prout hec effecta latius in suo tenore inferius continebitur. in Actis controversiarum.

Conexit Wierzchowski mpp

Legit Radomski

9.82

BIBLIOT. OSSOLIN.

Inter Bona Uliez et Dobra Vigore Mandati Sacrae Regiae Majestatis respectu Sylvarum Emanatti Subsecuta

Acticatio.

In Cro Sanocen. F. 2. pt Fm SS. Trium Regum 1564to

No 1.

Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :

DIGITAL – CENTER

ul. Krzemowa 1
62-002 Suchy Las
www.digital-center.pl
biuro@digital-center.pl
tel./fax (0-61) 665 82 72
tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.
Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.